

# Der Gebrauch des Konjunktivs

## De descenso ad inferos (1)

Orpheo poetae<sup>1</sup>, qui olim in Thracia vivebat, dei artem praeclaram dederant: Non modo homines illis carminibus<sup>2</sup> delectabat, quae lyra canebat<sup>3</sup>, sed etiam bestias, immo<sup>4</sup> saxa<sup>5</sup> arboresque<sup>6</sup> ita movebat, ut gauderent, dolerent, riderent, flerent ut homines.

5 Cui poetae ingenioso<sup>7</sup> Eurydice, virgo Thraciae pulcherrima<sup>8</sup>, amore capta nupsit<sup>9</sup>. Sed sors mox finem composuit felicitati<sup>10</sup>, non amor, eorum: Eurydice, dum cum amicis per pratam<sup>11</sup> ambulat, morsu<sup>12</sup> serpentis<sup>13</sup> laesa et statim veneno<sup>14</sup> occisa est.

Graviter Orpheus de uxoris morte doluit, ut saevis verbis deos accusaret: »*Quis vestrum mihi dicere potest, cur tam crudeles sitis, dei? Qua de causa homines semper a vobis vexantur? Quis vestrum Eurydicem miseram et me perdidit?*«

10 Orpheus, postquam ita deflevit fortunam miseram, »*Nihil*«, inquit, »*prosunt verba mea. Cur non adeam deos Orci, ut uxorem mihi reddant?*« – Ad portam Taenariam<sup>15</sup>, ubi Orcus<sup>16</sup>, regnum inferorum, intratur, se contulit. Etiam Cerberum, canem trium capitum, qui ad portam vigilabat, carminibus suis ita mitigavit<sup>17</sup>, ut virum fortem descendere ad inferos sineret<sup>18</sup>. Tandem per animarum turbas<sup>19</sup>, quae sine corporibus per tenebras<sup>20</sup> migrant, ad  
15 Plutonem, regem Orci, et Proserpinam, uxorem eius, pervenit ...

## Adnotationes

1 poeta, ae (m) - Dichter | 2 carmen, carminis (n) - Lied, Gesang | 3 lyra canere (cano, cecini, cantatum) - bei der Leier singen, besingen | 4 immo (Adv.) - hier: ja, sogar | 5 saxum, i (n) - Stein, Fels | 6 arbor, arboris (f) - Baum | 7 ingeniosus, a, um - begabt | 8 pulcherima - Superlativ, Nom. + Abl. Sg. (f) + Nom. + Akk. Pl. (n) von pulcher, pulchra, pulchrum - schön | 9 nubere (nubo, nupsi, nuptum) - vermählen | 10 felicitas, felicitatis (f) - Glück, Glückseligkeit | 11 pratam, i (n) - Wiese | 12 morsus, us (m) - Biss | 13 serpens, serpentis (m/f) - Schlange | 14 venenum, i (n) - hier: Gift | 15 Porta Taenaria – Tānarisches Tor (zur Unterwelt) | 16 Orcus - Orkus (Totenreich) | 17 mitigare (mitigo, mitigavi, mitigatum) - besänftigen, beruhigen | 18 sinere (sino, sivi, situm) - gewähren, zulassen | 19 turbas, turbarum (f) - die Menge | 20 tenebrae, tenebrarum (f) - Dunkelheit

Qui nihil scit,  
omnia credere debet!

HK 2018/2019

